De ecclesia B. V. M. Conceptionis
in Suburbijs

Fama est quod in d.a ecclesia Sanctus Carolus Borromeus iter agens celebraverit Sacrosanctum Missæ sacrificium

Est de Iuribus Societatis Confalonis, et ibidem celebratur ex devotione singulis diebus festis

Quoad Altare inventum fuit sufficienter provisum, et solum cooperiri tela serafula post celebrationem

Et quoad ecclesiam reaptari fecit infra duos Menses sub pœnis

De Ecclesia B. V. M. Gratiarum
die d.a 17 9bris 1719

Ill.mus et R.mus D. post refectionem se contulit ad d.am Ecclesiam quæ distat à Terra Aviniani per Milliare sub regimine PP. Congregationis B. Petri de Pisis, subiecta cum Conventu anexo eorumdem PP. iurisdictioni Ep.i vigore Decret. s. m. Innocentij X ut in Parvis & ibique pervenientes, et de more exceptus ad Ianuam ecclesiæ à P. D. Ioanne Bapta. Gatta ad Altare maius processit, et peracta absolutione Defunctorum visitavit, et decrevit ut infra.

De SS. Eucaristiæ Sacram.to

Visitavit cum debito, et consueto cultu, et ceremonijs sacris, ac precibus SS. Eucaristiæ Sacram.tum quod asservatur in Altare maiori, illudque adinvenit ad formam.

De Sacro Oleo Infirmorum

Visitavit Oleum Sanctum Infirmorum in Cappella maiori à Cornu evangelij, et reperijt ut supra

De Altare Maiori

Adsunt infrascripta onera Missarum, nempè

I Missæ centum quinquaginta sex annuæ, ex leg. q. Sanguinij Gratij dei ex quibus celebrantur Missæ tredecim singulis mensibus

II Missæ duodecim annuæ et perpetuæ pro an. q. Seij. Ridolphi, et

III Missæ duodecim pariter annuæ ad tempus, nempè per annos quinquaginta ob concessionem Domus, factæ ab eod. Ridolphi in actis Grimaldi, sub die 19 8bris 1709. quæ Domus sita d. ante Fonte Quiniani.

IV Michaelangelus Ferrerij in suo Test.o rog. die 15 Iunij 1652. p Hilarium Bini mandauit persolui Patribus scuta quinquaginta, cum onere Missar. quadraginta annuar., ut ex Copia in actis p.o p.ma fol. 340 sed cum d. pecuniæ nondum fuerint solutæ Reverend. mandauit fieri diligentias cum d. Carolo Gentili Hære Commorati ut voluntas Testatoris impleatur, et doceri de adimplem.to aliar. Missar.

De Altare S. Annæ

Constructum, et decenter ornatum fuit p DD. Siluestrum, et Virginiam Siluaggi Coniuges, et de Sacris suppellectilibus abundè prouisum.

De Altare S. Moricæ

Manutenetur ex eleemosinis piar. mulierum adscriptar. Societ. Cincturæ, quæ interueniunt Processioni singulis quartis Dominicis, et est decenter ornatum. Ideòq.

Altare S. Petri, Sancti Nonnosi, Sanctæ Mariæ Lauretanæ suspensa sunt, donec instaurentur, et prouideantur de Sacris suppellectilibus.

De Confessionalibus

Inventa fuerunt ad formam

De Sacristia

Ex largitionibus suis opulenter provisa est

De Tota ecclesia

Mandavit revideri tecta, et reparari fenestras in partibus necessarijs

De Toto Conventu

Eget maxima reparatione, sed q[uonia]m paucos habet redditus, vere sufficientes, pro alimentis trium, seù quatuor fratrum, Ideò pro nunc comendavit P. Priori opportunam provisionem, nè magis in dies augeat detrimentum.

In eo ad presens assignati sunt de familia PP. infrascripti

M. R. P. Ioannes Bapt[ist]a Gatti Prior

M. R. P. Dominicus Guido Vicarius

F. Antonius de Dominicis Laicus

De Ecclesia B. M. Nuncupate de Mola Sconcia

Distat à terra Aviniani circa Miliare edificata in agro Sancti Theodori, ubi adest celeberrimum Cemeterium SS. Abundij, et Abundantij, ex quo extracta fuerunt Corpora SS. Marciani, et Soij. Protectorum Civitatis Castellane, que modò requiescunt in Ecclesia Cathedrali dicte Civitatis Castellane. eccl[esi]a manutenet ex questuationibus que fiunt p[er] devotas mulieres.